



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

- I. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben den Bürgern zu Rathenow die ihnen zugehörigen Hausstellen mit Vorlauben vor den Häusern zu bebauen, im J. 1284.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

## U r k u n d e n.

## I. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben den Bürgern zu Rathenow die ihnen zugehörigen Hausstellen mit Vorlauben vor den Häusern zu bebauen, im J. 1284.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Recognoscimus coram vniuersis crisi fidelibus presentibus publice protestantes, quod nos fidelibus nostris burgenfibus in Ratenhaw omnibus liberam facultatem et licenciam dedimus Construendi et faciendi Edificia in hereditatibus propriis, que Vorlouen in teutonico nominantur a domibus eorundem omnium ad plateas nostras et commoda alia, que Vorfulre dicuntur, Volentes ut nullus Aduocatorum nostrorum seu officiariorum nostrorum predictos nostros burgenfeses pro huiusmodi edificiis aliquid impediatur seu molestet. Huius rei testes sunt dominus Theodericus de Osterburch, Dominus Gerhardus de Kercaw, Nicolaus de stofen tunc marscalcus et Cloco tunc aduocatus in Ratenhaw et multi alii fide digni. Vt igitur hec nostra donacio predicta prenotatis nostris burgenfibus non valeat perpetuis temporibus irritari, presentem nostram litteram ipsis dari iussimus ac sigillorum nostrorum appensionibus eam decreuimus communiri. Acta sunt hec in tangermunde, Anno domini MCCLXXXIV°. et Data per manum domini Alwardi tunc Curie nostre capellani.

Nach dem Originale im K. Geh. Staats-Archive 478, n. 20. Wagner setzt diese Urkunde mit Unrecht in das Jahr 1283, Gesch. v. Rathenow S. 2.

## II. Privilegium der Markgrafen Otto und Konrad für die Stadt Rathenow, worin sie denselben den Gerichtsstand vor dem Schulzen und die Freiheit des Havelstroms zusichern, vom 15. April 1288.

Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses omnibus in cristo fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. Que felix donat voluntas principum aut roborat ordinando fulciri solent testimonio litterarum, ne eorum posteris exinde aliqua dubietas oriatur. Inde est, quod tenore presentium ad vniuersorum noticiam cupimus pervenire, quod dilectis nostris in cristo Burgenfibus civitatis nostre ratenow decreuimus concedendum, quod plene et perfecte sine diminutione aliqua libertate omnium suorum iurium frui debent et possunt, qua fruuntur alie cuncte civitates in nostro dominio constitute, nec vnquam aliquem hominem cuiuscunque conditionis fuerit, faciemus in ciuitate nostra ratenow, vel extra ciuitatem nostram intra terminos tocius eius Marchie per aliquem Advocatorum nostrorum aut officialium contra iusticiam captiuari vel impediri, in quo iura et libertates predictorum burgenfium quodammodo lederentur. Quicquid vero iudicandum fuerit, id ad iurisdictionem prefecti dicte civitatis et non alicuius alterius iudicis pertinebit. Item obulam decurrentem per fossatum ipsius Civitatis in eius decursu non obstrui aliquatenus faciemus aliquibus structuris, were thethonice nominatis, per quas possit in impedimentum civitatis decursus obule aliquatenus impediri. Tamen quicquid in piscina et in fossato piscium fuerit, id vsui nostro totaliter referuamus. Vt autem huiusmodi libertatis concessio per nos nostrosque successores hereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut